

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. XXXIV. TIT. III. De Liberatione Legata.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

OBJ. Quod instrumenta æque sint principale, ac ipse fundus, *l. 1. h.*
 RESP. Sua natura id verum est, quia per se subsistere possunt, sed ex mente præsumta testatoris, & verbo *cum*, non videntur sine fundo legata.

Qv. II. *An, villae instrumento legato, supellex contineatur?*

AFFIRMATUR in *L. 61. §. 1. h.* NEGATUR in *L. 19. pr. h.*
 RESP. *Illæ de villa urbana vel mixta, hæc de rustica loquitur.*

Qv. III. *An, instrumento fundi legato, molæ manuariæ quoque contineantur?*

AFFIRMATUR in *L. 26. §. 1. h.* NEGATUR in *L. 18. §. 2. h.*
 RESP. Non est instrumentum fundi, *l. 18.* sed ædium, *l. 26.*

LIB. XXXIV. TIT. I.

DE ALIMENTIS ET CIBARIIS LEGATIS.

Qv. *An, alimentis legatis, etiam contineantur sumtus studiorum?*

NEGATUR: nam in legatis non receditur a proprietate verborum, *Laut. pag. L. 69. pr. de Leg. 3.* sub educatione paterna tamen continentur, si 520. verb. filius ad studia educatur; de quo casu loquuntur textus *obstantes.* *nec sumtus &c.*

OBJ. *L. 4. ubi pup. educ. deb. l. 12. de Adm. & peric. tut. l. 6. §. 5. de Carb. Edict.*

RESP. Non ibi dicitur, quod, legatis alimentis, sumtus studiorum legati intelligantur, sed quod officio tutorum contineantur; quod multo latius est, & quo continetur tota educatio instar paternæ, non sola alitio.

LIB. XXXIV. TIT. III.

DE LIBERATIONE LEGATA.

Qv. I. *An, liberatione legata, etiam jus in re remissum videatur?*

NEGATUR; (1) quia persona dicitur liberari, non res. Idque *Laut. pag. 521. verb.*
 (2) traditur in *L. 28. §. 4. h.* ubi, remissa actione tutelæ, non *hoc legata remissa to.*

remissæ intelliguntur actiones reales. Quin (3) in *d. L. 28. §. 3.* nec pecuniæ, ex re pupilli redactæ, & in tutoris rem versæ, remissæ videntur, nisi pater sit. Atque hinc (4) rationibus remissis, tamen instrumenta, & reliquas secundum data & expensa hæredibus reddere debet, *L. fin. §. 1. h.* Atque ita (5) Dd. comm. sentiunt. Vid. *Covarr. l. 2. res. 14. n. 1. Laut. h.*

OBJ. (1) *L. f. §. 2. h.*

RESP. Vox *non* in antiquis Codicibus passim deest, vel non est recepta, ut Glossa ait, & Bartolus; atque hinc hi cum Covarr. *d. l.* affirmative legunt. Sane cum idem Scævola iisdem verbis hic loquatur, nec ratio differentie dari possit, merito corrigi textus debet.

OBJ. (2) potius præsumi debet pro liberatione.

RESP. Si voluntas testatoris dubia est, hic vero dubia non est.

Qv. II. *An, debito creditori legato, requiratur, ut plus sit in legato?*

Laut. pag. 521. verb. potest etiam &c. AFFIRMATUR; quia alias legatum non valet, in quo nulla est utilitas: sufficit autem semel utile fuisse, licet postea utilitas deficiat; quia semel valuit. Nec definit omnis utilitas, propter actiones legati, quæ semel natæ sunt. *L. 5. ad L. Falc.*

OBST. *L. 82. pr. de Legat. 2.* ubi non valet legatum.

RESP. Hoc sublatum est *§. 41. l. de Legat.* ubi dissensus ille allegatur. Fallit ergo regula Pauli, si actio semel natæ aliquando utilitatem habuit.

LIB. XXXIV. TIT. IV.

DE ADIMENDIS VEL TRANSFERENDIS LEGATIS VEL FIDELICOMMISSIS.

Qv. I. *An ademptio legati coram V. testibus fieri debeat?*

Dissent. Laut. pag. 522. verb. coram V. testibus. RESP. Jure Civili id nullibi dicitur, sed sufficit voluntas adimendi quomodocunque probata; tunc enim obstat exceptio doli ei, qui contra voluntatem adimentis legatum petit, *l. 4. §. 19. de Dol. mal. & met. except.* Atque ita statuunt *Harpr. ad pr. l. de Ademt. leg. Boc. Class. 3. D. 3. ih. 82. lit. B. sq. Stryk. Caut. Test. c. 23. §. 30. Donell. L. 2. c. 19. h. Copp. 1. O. 156. n. 5. Du. Coccej. Hyp. Inst. tit. de Adim. vel transfer. leg. §. 1.*

OBJ

